



Lvdovici Carrionis Antiquarvm Lectionvm Commentarii III

Carrion, Louis

Antverpiæ, M D LXXVI

Lucilij locus prodigiose corruptus, item alter Cæcilij, de opinione correcti.
Cap. XIII.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70907](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70907)

*Lucilij locus prodigiose corruptus, item
alter Caecilij, de opinio-
ne correcti.*

CAPVT XIII.

QVONIAM vero Lucilium sanare occoe-
pi; eiusque vulnera aliquot satis mihi com-
mode videor obligasse: pergam porro hoc capite
eandem, aut certe similem operam illi nauare, &
è membro quodam paene desperato deforme vi-
tium tollere. recte an secus id coner facere; vos
iudices eritis. Lucilius lib. x. i. x.

*In mellis spem esse omnem, quoniam posse me
emungi volo.*

Nonius;
Emungi.

prodigiosa sane lectio; neque tamen in Nonio
luna no melior. quam qui se emendare posse de-
sperant. iudem illi saltem vitiosam esse monere;
& aliorum topica ingenia, ad melius quid inue-
niendum, excitare, poterant. Et sane cuius erat ne-
gotij, hominibus praesertim in veterum librorum
lectione versatis, videre, pro, *mellis*, quod locum hinc
nullum habere potest, *me illis*, oportere scribi? il-
lud fortassis erat difficilius iudicatu, pro, *possem*
emungi, Lucilium, *posse me emungi*, posuisse. Nam
quod, è *volo*, esset faciendum, *bolo*, eamque littera-
rum illarum immutationem esse frequentem, ne
hodie quidem ignorant pueri, qua de re Gram-
maticorum quorundam disputationes exstant in
Cassiodori Orthographia à nobis propediem, si
tanti erit, edenda. Nunc locum ipsum, ut emen-
dandum opinamur, proponamus. Lucilius lib.
x. i. x. *In me illis spem esse omnem, quoniam posse me
emungi.*

emangi bolo. quod autem ex eo, possem emungi, scilicet
posse me emungi, ne quis à me temere factum esse
suspiceretur: memini olim quendam Caecilij lo-
cum Aeschrione ad eundem modum deprave-
tum, emendare: eamque emendationem, quod
quibusdam amicis meis valde me probare, quon-
iam non proferam; & quod sentio, veteri illo ho-
minitatis iure, cum omnibus communicem: ve-
ba eius sunt:

Festus;
Ora.

Oram reperire nullam quam expediam, quoniam
hic ego, qua me expediam, non paullo concu-
nctius scribebam, & id Caecilium scripsisse asse-
rebam. qua in re si quis à me discedit; facile illi
quod vult, dabo. dum tamen mihi hanc lectio-
nem esse antiquam, ideoque in harum numerum
referri posse, non infitietur.

Epicadius grammaticus. eius fragmentum
Calatores. Calones. Augures. Publii. Cariso
& Arnobio scriptura restituta,
Euetonio conservata.

CAPVT XIV.

ARNOBIUS libro aduersus gentes pe-
mo, objectionem aduersariorum refutans
rus, qua illi barbarismis & soloecismis Christi-
anum res pollutas esse criminabantur, primo cul-
pam eleuare nititur, quod ea sermonis pompa
ut loquitur & per regulas missa oratio, concu-
nctibus, litibus, foro, seruari debeat: neque, cum de
rebus agitur ab omni ostentatione submotis, qua-
li cum amoenitate quid dicatur, sed quantum
audiri

Ant. Mureti
Varia Lectione
LIII
28